

referunt quattuor: IVCVNDVS, AVGVSTINVS TYFERNVS, is a quo pendet in his liber REDIANVS, GAVOTVS sive quo alio nomine is fuit a quo veniunt Fundana codicis Marcanovani Genuatis. Eorum auctorum nullum ex alio pendere constat. Sequenti saeculo et SMETIVS et MORILLONIVS et CITTADINIVS Fundos adierunt, habuitque etiam LIGORIVS unum certe titulum in hoc agro ex lapide exceptum n. 6222. Saeculo XVII sequuntur STEPHANONIANA Gudii quaeque FABRETTVS nescio unde edidit Fundana, bonae frugis omnia, item saec. XVIII HOARII liber, quamquam hic non multum profuit. Complura Fundana exhibet Francisci Antonii NOTARJANNI *viaggio per l'Ausonia* (*Giorn. enciclop. Napol.* a. VII 1813. t. IV p. 151—229; item separatim habetur excusum); qui rogatus a Romanello lapidibus male editis vel ineditis emendandis et colligendis Fundis praesertim operam dedit, optimo sane instituto, nisi in eius quoque copiis infelices fraudes delitescerent. Titulum enim *Marti Veneri* dedicatum a *municipibus Fundanis* n. 852*, inscrip-

tionem (*viae*) *Ap(piae) Brund. Fund. M p...* n. 853* nullo pacto hoc unico auctore inter genuinas recipere potuimus, quamquam cum tanta simplicitate a Notarjannio eduntur ut ipse deceptus esse videatur schedis amici alicuius parum honesti. Certe longe pleraque quae leguntur in hac sylloge aut aliis testibus aut argumento aut ipsis denique exemplorum naevis suave exilitate a fraudis suspicione vindicantur, neque expuli nisi quae nullo modo sustineri posse videbantur. Iohannis SOTIS libri duo (*cenno istorico della città di Fondi* Neapoli 1838. 8. pp. 58; *memorie sull' antica città di Amicle* insertae operi Francisci Mastriani *Dizionario istorico-geografico del Regno di Napoli* s. l. et a. pp. 26) non multum me iuverunt. Ego denique cum in priore itinere Fundis titulis describendis vacare non potuissem neque satis stabile epigraphiae Fundanae fundamentum haberem, postea id perfecti moratus ibi a. 1876.

6219 [=4140] inter Fundos et Itrium media via ad montem saxosum, ubi ruinae veteris sacelli, marmor inter rudera humi iacens GRVT.

L · AVRELIVS
A P O L A V S T V S
P A N T O M I M V S
M E M F I V S
5 M E R C V R I O · I N V I C T O
V O T V M · S O L V I T

Grut. 1016, 1 (vidit Scultetus). Inde opinor Pratilli p. 136.

4 MEMEIVS Grut.; correxit Scaliger. — Quae de hoc pantomimo, qui floruit sub divis fratribus, nobis innotuerunt, composui ad Canusinam vol. IX n. 344.

6220 [=4142] extra Fundos in porticu aedis S. Francisci in columna SMET. *Fuori la porta di Napoli nella chiesa de' PP. Francescani capovolta nella destra colonna del periptero* SOTIS. Ibidem adhuc.

DOMITIAE
PAVLINAE · SO R O R I
I M P · C A E S
T R A I A N I · H A D R I A N I
5 A V G P P
F V N D A N I
D · D

Recognovi. Integram videtur vidisse auctor cod. Rediani f. 177; fractam ut hodie est exceperunt Smetius ms. Neap. p. 174 (inde ed. 53, 5 'a Pighio'; Waelschapple f. 112; Manutius orth. 368, 16; Panvinus cod. Vat. 6035 f. 17; Ant. Augustinus epist. p. 267 ed. Andres; Ligorius Taur. 21; Grut. 252, 4 ex Smetio; Pratilli p. 134 ex Grutero) et Sotis Fondi p. 53. Orelli 821.

Quae dedi inclinatis, adsunt in solo Rediano.

6221 Fundis in diversorio *la porta vecchia*.

SALONIN
NOBILISS
prINCIPI · IV vent
imp. caES P LICINI gal
5 lie NI P F INVIC ti aug
fil IMP CAES uale
r IANI P F . inuicti
a VG nep
P V B L I C e

Descripsi.

6222 basis magna et integra, sed cuius et postica pars (si quidem scripta antica est) et intuenti a sinistra in muro latent; pars intuenti a dextra scripta non est. Extat *Monticelli di Fondi*, hodie *Monte S. Biagio*, ad ecclesiam.

BONO · REIPV
BLICAE NATG
spatium vacat

Descripsi. Ligorius Neap. 36 p. 358 et qui ab eo pendent habent contaminatam cum columna miliaria Monticellensi n. LXXI, quam vide in miliaris; cod. Paris. de Mesme n. 452 f. 44 post eam columnam, sed ut separetur.

6223 Fundis rep. una cum n. 6225.

C · CALVISIO · C · F
SABINO · COS

Recognovi. *Commissione di Caserta* 4 Febr. 1874.

6224 [=4144] Fundis.

T · FLIAL · PHOEBIANO · C · L
FVNDANI

Servavit codex Redianus f. 177 (inde Gudius ms. 948, 5).

Fortasse fuit *T. Fl(avio) [P]al(atina) Phoebiano c(larissimo) [i]uveni Fundani*.

6225 basis magna, Fundis rep. m. Apr. a. 1871 *nello scavo del condotto della strada principale interna*.

... tampio f L A V I a n o
co S · PRO · COS · Rrou
africae leg. au G · PRO · PR · PANNo p. C. 69
ni R V M
5 huic triu MPHALIA · ORNAMEN ta
OPSIDIBVS · A · TRANedanu
uanis acceptis lim ITIBVS · OMNIBVS · EXploratis?
hostibus ad uectig LIA · PRAESTANDA adactis
L · TAMPIVS · RVFVS

Recognovi. Minervini *Commissione di Caserta* 4 Dec. 1871 et denuo 4 Febr. 1874.

Tampius Flavianus legatus Pannoniae commemoratur apud Tacitum hist. 2, 82. 3, 4. 10. 11. 5, 26, Flavianus proconsul Africae apud Plinium h. n. 9, 8, 26. L. Tampius Rufus qui in fine nominatur componi potest cum eo ad quem Ovidius scripsit epistolam ex Ponto libri secundi undecimam, ubi sic eum adloquitur: *maxima Fundani gloria Rufe soli*.